

O sancte panis, panis viue, panis pulcher,  
panis munde, qui descendisti de caelo, & das  
vitam mundo, veni in cor meum, & munda  
me ab omni inquinamento carnis & spiritus.  
Intra in animam meam, sana & sanctifica me  
intus & exterius. Esto tutamen & perpetua  
salus corporis & animæ meæ. Repelle à me  
insidiantes mihi. Hostes recedant procul à  
præsentia tua, vt foris & intus per te munitus  
recto tramite perueniam ad tuum Regnum,  
vbi non Mysterijs, sicut in hoc tempore agi-  
tur sed facie ad faciem te videbimus, qui  
cum Deo patre & Spiritu sancto vi-  
uis & regnas per omnia se-  
cula seculorum,  
Amen.



Graco

O sancte